Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26880
Copyright: Admont, Benediktinerstift



161

Non sum. Propheta es tu. Et respondit. Non. Dixe
runt ergo ei. Quis es. Ut responsum demus his qui
miserunt nos. Quid dicis de te ipso. Ait. Ego
uox clamantis in deserto. dirigite uiam
domini. sicut dixit ysaias propheta. Et qui missi fuerant.
erant ex pharyseis. Et interrogauerunt eum et
dixerunt ei. Quid ergo baptilas si tu non es xpc. neque
helias. neque propheta. Respondit eis iohs dicens.
Ego baptilo in aqua. medius autem uestrum ste
tit quem uos nescitis. Ipse est qui post me uen
turus est qui ante me factus est. cuius ego non sum dig
nus ut soluam eius corrigiam calciamenti. Hec
in bethania facta sunt transiordanen ubi erat
iohs baptilans. Omelia Greg. pp.

Ex huius nobis lectionis uerbis fratres karissimi iohis
humilitas commendatur In Conversio
ne Sci Pauli. s. Lucam.

Homo quidam erat diues qui habat uillicum.
et hic diffamatus est apud illum quasi dissipasset